

rum vna manibus exerceatur, & alia cum medicina, nec non eo, quod ex cibis ordinatur. Hæc Galeni est *θεραπευτική*, quam in *διατητικήν*, *χειρουργικήν* & *φαρμακευτικήν* diuisit.

Ex his medicinae partibus ad institutum nostrum faciunt prima, quæ *φυσιολογική*, & postrema, quæ *θεραπευτική*. At cum *φυσιολογική* sub se res septem naturales contineat; Elementa quatuor, ex quibus tanquam primis elementis homo constituitur, vt sit cum rebus aliis à natura creatis secundum Hippocratem conuersus: quibus probe mixtis Temperamenta exurgunt, Humoresq; quatuor primi, qui secunda sunt, at proxima partium corporis elementa, partibusque genitis, ne frustra genitæ sint, Facultates inditæ sunt, tanquam Actionum causæ, quo actiones obire possint, idq; beneficio Spirituum & caloris. Nostrum est tantum de Partium generatione, substantia, connexionione, magnitudine, numero, figura & usu agere. Hæc enim Galeno e monente in Anatome doceri debent. Quæ de re cum sufficienter egerimus, nunc ad alteram partem accedamus.

At cum *θεραπευτική* seu cûratoria pars, vt iam dictum, subdividatur in tres partes, docente Hippocrate f, Galeno, Herophilo, *διαλητικήν*, *φαρμακευτικήν*, & *χειρουργικήν* quæ de medicamentis agit, & quæ inuentione vltima existit, assumamus.

Διαλητική namq; prius fuit inuenta, Hippocrate g autore. Rudes enim illi homines ægrotantes, naturæ quodam ductu instigati ad contrariam vitæ rationem conuertebantur. Huic *χειρουργική* successit, (licet diuinus Plato h priorem facere videatur)

quæ

e 9 adm.
anat.

f de veteri
med. in lib.
meth.

g de vet.
med.

h 3. de Rep.